

exculta, & sic ultra vocabula assurgens, de attributis divinis ideo esse negativos, ut prima fronte apparet.

2. Dicis, infinitum involvit negationem finis. Rehero, negationem finis esse affirmationem sempiternitatis, positionem perfectionis, magnitudinis, durationis talem, quæ usque & usque maneat, pergat, extendatur, nunquam & nusquam tollatur, contrahatur aut minuatur: adeo ut hîc valeat illud: *duplex negatio est affirmatio*, quatenus scilicet est negationis negatio, ita maximè affirmo, cum dico, non possum non loqui, id est, necessariò loquor. non ineptus, id est aptus, &c.

3. Finis autem, corruptio & mors, per quorum negationem Deus dicitur infinitus incorruptibilis, immortalis, revera sunt in conceptu nostro negationes. Finis enim est, ubi *non* ultra, mors, ubi *non* vita &c.

4. Atque hîc cito Cl. Burgerisdicium Metaph. lib. 1. cap. 4. ubi postquam definivisset *Privationem*, quòd sit absentia habitûs &c. ac dixisset, se per *Habitum* laxo admodum significatu intelligere hoc loco omne attributum affirmatum sive *positivum*, subjungit istam rationem: *quia pri-*

F 3

vatio